



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 13.

Tunc ait homini: extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sanitati sicut altera.

QVÆSTIO I.

Quomodo restituitur?

§. 1. IN Græcis additur: τὸ ἐγγεγραμμένον ἐχόντι τὴν χεῖρα, aridam manum habenti, quod non est in latino, nec omnibus Græcis. Sanitati, ὑγίης, Syrus omitit: & sensus perfectus est, quia tamen Græca habent, & latina excidisse aliqua occasione ex Syro dictum est.

Siccitate
membra
contra-
hantur.

Solo verbo sanat: *Extende manum tuam.* Sanatam ille extendit. Nec aliud actum quo sabbatum violaretur. Hicigitur nihil calumnia potuit, ut ante explicatum. Quis morbus fuerit, non conueniunt. Aliqui paralyfin putant, sed illa est ex nimia, non ἐγγόμην, sed ὑγρότητι, non ex ariditate, sed humore. ἐγγόμην igitur est ἀρροφία, cum pars corporis aliqua non nutritur, id eoq; officio suo fungi non potest, ex eo vero confectur membrum siccitate contrahi, & hiare. Hinc Galenus in lex. Hippocr. τὸ ἐγγόνος vocauit eum, qui contractus est. Ex causa enim contractionis ita appellatur.

VERSUS 14. 15. 16.

Exeuntes autem Pharisei consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Iesus autem sciens, recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et praecepit eis ne manifestum eum facerent.

QVÆSTIO I.

Quo & cur recessit?

§. 1. MARCUS. 3. 7. Cum discipula secessisse ad mare, & multam turbam comitatum. Causa erat, quia nondum erat tempus passionis, sed declinandæ inuidiæ exemplum præbendum: Nam & hoc ipsum etiam propheta prædixerant.

Silentium
turbæ &
demoni-
bus indicit.

§. 2. Causa ex adiunctis apparet, ne summum odiū magis ante tempus irritaret. Quibus autem præceperit, si quis solum Matthæum legat, existimare posset, turbæ mandari silentium. Si Marcum solum, solis demonibus; ita enim cap. 3. v. 11. & 12. Et spiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes, Tu es filius Dei. Et vehementer cōminabatur eis, ne manifestarent illum. Itaque cunctis simul id mandatum est. Causa vero subiungitur v. 17. ex l. 42. r. Nec id in perpetuū voluit, sed dum feruor ille & odium conquiesceret, dumque disungerentur Pharisei.

Sed ad
tempus.

VERSUS 18.

Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo beneplacuit anima mea: Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit.

QVÆSTIO I.

Quorsum hoc testimonium?

§. 1. Alij, ut ratio reddatur, cur vetuerit miraculum promulgari, ne emulationem maiorem con-

citaret, & prorsus perderentur Pharisei. Alij ne resistendo vim, & iram, non mansuetudinem ostenderent. Alij cur omnes sanārit. Existimo referri ad omnia illa præcedentia, cum dicitur, intrasse synagogam ut doceret, &c. nam omnia hæc continentur in prophetia: cedendo, celandoq; Phariseis, plebi, omnibus parcebat.

Non dubium est populum summo amore, & zelo accensum; aliquid in calumniatores fuisse moliturū. Mansuetudo itaque ostenditur, qua fugit omnem tumultus, aut cœdium occasionem. Ianlenius & Emanuel Sa locum Prophetæ etiam ad hoc citatum aiant ut ostendatur regnum Dei ab ingratis Iudeis, & contemptoribus ad gentes translaturum iri.

§. 2. Quædam Prophetæ verba citat Christus propterea in fonte Hebræo habentur, alia ex 70. Interpretibus omisit quædam: Insigni documento in scripturis non syllabas aucupandas, sed sensum v. gendum. Nec deprauatæ scripturæ crimen illi impingunt hostes, quod eo sensu proferret, quo constabat, Ecclesiam illuminatellxisse.

§. 3. Seruum vertit noster, quod est in Græco, πῦρ; puer: Erasmus filij vertendum censet. Quia in re aberat quod Hebræum textum non consuluerit, in quo est עֶבֶר ghebed. seruus. Nec mirum est Christum vocari seruum, cum formam serui induerit.

§. 4. Non semper particula ἵνα, ut, causam designat. Hoc loco est ὡς, quod interdum eadem ratione sumitur, sed interdum id, quod sequitur. Hoc loco potest pro causa poni. Nam quamuis rectam rationem habuerit, ad tempus miraculi celandi, etiam ideo facere potuit, ut prophetiam impleteret.

QVÆSTIO II.

Qualem describit Christum?

§. 1. Ecce puer. Ita Ioannes, ecce Agnus Dei. Ioan. 1. 29. Prophetæ habet עֶבֶר ghabdi, seruus meus. Quia habitu inuentus ut homo, Philip. 2. 7. Il. 43. 10. vbi 72. seruum meum Iacob. Chaldaus addit Meclius Verba Hebr. יְהוָה בְּרַחֲמָיו יִבְרַח עַמּוּלָא דְּיִשְׂרָאֵל יְהוָה בְּרַחֲמָיו יִבְרַח עַמּוּלָא דְּיִשְׂרָאֵל.

72. Ιακώβ ὁ παῖς μου ἀντὶ τῆς φιλίας αὐτοῦ ἰσχυρῶς ὁ ἡλεῶν τὸς μου, προσεδέξατο αὐτόν ἡ ψυχὴ μου. δέδωκα τὸ πνεῦμα μου ἐν αὐτῷ, καὶ ὡς πῶς ἐδνεσεν ἐξ ὧσιν. Iacob puer meus suscipiam illum, Israel electus meus suscipiet illum anima mea, dedi spiritum meum super ipsum, iudicium gentibus nuntiabit. Monet autem Eusebius lib. 9. demonst. Euang. Iacob apud 70. non haberi, nec alij interpretes habent, ideoque delendum est. Nec etiam quod sequitur Israel pro προσεδέξατο alia exemplaria ἐν ἡρώσων ἡ ψυχὴ μου alia, ἐν ἡρώσων, quem elegi.

§. 2. Elegi ipsum, Hieron. Suscipiam, 70. Assumam, Εἰς τὸν ὅτι ἐστὶν ἀντὶ τῆς φιλίας αὐτοῦ ἐξελκεῖν, ἐξελκεῖν, ἐξελκεῖν sulcare, sustentare. Quod humanæ naturæ in vita & morte contra Principes, contraque demones continuo præstitit.

§. 3. Dilectus Heb. בְּרַחֲמָיו electus meus, ex dilectione elegi. Vocatur autem singulari modo electus quia exemplar est omnium electorum, & caput, atque adeo in eo omnes electi sunt.

§. 4. In quo complacuit eis ὡς ἐν εὐδοκίᾳ, Hebraice רָצוּהוּ ratzatha, beneplacuit, in eo enim solo ita sibi complacuit ut quisquis illi placet, in Christo placeat.

§. 5. Ponam spiritum meum super eum. Ad incarnationem alij, ad dona gratiæ ceteri referunt. Isa. 11. 2. r. quiescet super eum Spiritus Domini.

§. 6. Iudicium gentibus nuntiabit. Chald. addit. Meum, Act. 20. 27. exponitur, omne consilium Dei, ratione æqui & iniqui, salutem diuinam, non quam fingunt humana arbitria Nuntiabit יְהוָה בְּרַחֲמָיו. 72. ἐξ ὧσιν, educet. Chald. reuelabit.

VERSUS